

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Lasciuia b
cum fonte primo

Vbi saltacio, ibi dyabolus;
neque enim Deus ad hoc nobis dedit pedes

ut cum camelis saltemus,

sed ut cum angelis chorum faciamus.

In saltibus letantur demones
et exultant ministri demonum.

Crisostomus super illud Matthei XIII.:
Die autem natalis.

Vbi enim saltatio illic est diabolus.
Neque enim ad hoc pedes nobis dedit deus,
sed ut bene ordinate ambulemus,
non ut nosmetipsos deformemus,
non ut secundum camelos saltemus.

Etenim et illae indelectabiles sunt saltantes,
non solum mulieres,
sed ut cum angelis chorum faciamus.

Si enim turpe est taliter corpus deformari,
multomagis anima.

In talibus saltant demones,
in talibus letantur demonum ministri.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Burgundio*, 48 (Biblioteca apostolica Vaticana, MS Vat. lat. 383, fol. 158vb, ll. 17-27).